

1 Ill^{me} et R^{me} Domine observ^{me}.

Dolorem, quem Ill^{mae} D. V^{rae} attulerat obitus Clementis Octavi, et absentia ab electione novi pontificis, duplicavit sine dubio bis repentinus obitus Leonis undecimi, et absentia eiusdem Ill^{mae}

5 D. V^{rae} ab iteratis comitiis pontificiis. Quamvis autem Spiritu Sancto auctore electus sit pontifex maximus, vir optimus, et omnibus numeris absolutus, quem non frustra speramus multos annos Ecclesiae praefuturum, tamen adventus Ill^{mae} D. V. optatissimus erit omnibus cardinalibus, et mihi in primis, qui praeter caeteros 10 Ill^{mam} D. V^{ram} semper amavi, et colui. Itaque, si absque incommodo valetudinis fieri potest, non diutius Ill^{ma} D. V^{ra} desiderium nostrum remoretur, quam usque ad imminentem autumnum. Sacras eius manus reverenter deosculor, ac precor Deum, ut omnia prospere, et feliciter ei succedere patiatur: ipsa vicissim pro sanctissimo Pa-

15 tre nostro Paulo quinto, et nobis omnibus Deum precetur. Romae die sexta junnii 1605.

Ill^{mae} et R^{mae} D. V.

humillimus servus

Robertus card. Bellarminus.

20 Card^{lis} Macicowius.

F.B. 3, fol. 18^V, minute autogr.: F.B.9, epist. 48.